DE ABVSV TABACCHI

D. ANTONII VITAGLIANI CEPERANENSIS

Physici nostra tempestate clarissimi

J. francesco à Rip[...]



ROMAE,

Apud Franciscum Monetam

MDCL.

Superiorum Permissu.

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS.
DOMINO

IVLIO CÆSARI
MARSELLÆ,

S.D.N. INNOCENTII X.
Medico, & Cubiculario
intimo.

NON aliud quidpiã diù ardentius expetiui (Illuſtriſſime Domine) nihilq; potiſſimum fuit in cauſa, vt opuſculũ hoc de ABVSV TABACCHI, meæ iãm elucubrationis labor in tutelæ tuæ ſinum ederetur in lucem; quàm non obſcurum gratæ teſtandæ voluntatis meæ erga te argumentum: idq; eò libentius facio, quo omnes, nõdùm Compatriotæ, ſed exteri etiam intelligãt

meam omnem operam,omne ſtudium, Induſtriam, diligentiam, & vitam denique tibi ſemper, & ab ipſis erudimentorum Medicinæ incunabulis, deuictiſſimam extitiſſe. Accipe igitur hoc animi mei, & virtutis tuæ indelebile teſtimonium, idq; benigna, qua ſoles ſuſcipe fronte, & me vt conſueſcis dilige, & faue. Ceprani 25. Maij 1650.

D. S. Illuſtriſs. & Reuerendiſs.

Addictiſſimus ſeruus

Antonius Vitaglianus.

D. IOANNIS BAPTISTAE
CAPVTI CEPERANENSIS
Disticha.

In laudem Auctoris.

VT lyris ripis albis, qui colligit Alis,
Cantibus, & resonis, sidera placat olor;
Antoni volitans ripas, vt Tybridis alter
Cygnus sic efflas gutture dulce melos;
At tibi iam cedat lyris, iam cedat olor;
Cedat concentu vox modulata sono.
Effluit ille canens, vim sus ipsis ipse canẽdo,
Tu cantu vitam colliges, ille cadit.

D. DOMINICI
DE SANCTIS PEDEMONTANI
Medici Physici.

Carmina.

Ad Auctorem.

*HEus Pimpliades sacri laticis Eliconis
amani
Lecta cohors vestras ferte, ligustra, Rosas,
Colligite in pratis flores, rubeosque Amarãthos
In campis lauros, lilia casta simul;
Serta reposita parate, nouas fabricate coronas
Numina quid ualeãt uestra parate modo
Nectite Vitalianum æterna fronde corolla,
Gloria Ceprani, perpetuumque decus.
Hesperidũ quot hortus alit, quecque tẽpora cin
Tẽpora, quæ pridẽ laurus amica tenet (gat
Magna sibi crescent rediuiua encomia laudis
Et nomen crescet cœlo iubente suum.
Spirabunt viuos medicamina cõpita vultus,
Vt celebrẽt Medico posthuma secla decus.
Nõ est quod timeas Antoni infesta Tabacchi
Cum nunqaam Bacchi te latuere doli.
Iã splẽdent vario Medici medicamina cultu
Quæ caret æternis fama secunda Tubis.
Nũc adsunt Medico per comoda tẽpora votis,
Quæ gemino reuelent publica lustra pede.*

AD D. ANTONIVM

VITALIANVM

recentis operis Auctorem.

D. IO. ROTVNDI

CEPERANENSIS

Carmina.

Ad Auctorem.

VT solet ingenti splendorẽ Phœbus olimpo
Reddere, praeclarum sic nitit istud opus.
Res noua, res pulcra, & res nõ audita sub axe
Omnibus ignotum: hac mẽs operosa refert.
Tollet, Vitagliane, tuũ sic nomen ad astra,
Perq; orbem totum nuntia fama feret.
Quisnã nũc poterit meditari carmine laudes
Vitagliane, nisi Calliopea, tuas;
Nequicquã mea lingua valet, quia syderatã
Et tua, si nescis, vndiq; fama volat. (gũt

Perill. & Excellentissimo

D. ANTONIO VITALIANO

Condiscipulo diligentissimo, & Scriptori eruditissimo.

DOMINICVS PANAROLVS Romanus. S.

QVamuis dura sit pugna consuetudinem vincere ex D. Aug. in psalm. 30. tamen ex eodem de verb. Apost. serm. 17. refrenanda est mala consuetudo, refrenata enim restringitur, restricta languescit, languescens emoritur, & malæ consuetudini bona succedit. Paratus ad bellum descendis in arenam; sequere, pugnare non desistas contra lethalē nostri temporis consuetudinem, vt experientia optimè patet in sumendo Tabaccho. Venenosa planta aquis acheronteis irrigata per orbem ad necandos homines vagatur. Scripsisti, vt quid sentiam tibi pandam. sed tēporis breuitate adstrictus (vrget enim tibi celeritas) breuiter quid de hac planta obseruaui tibi scribo. Nicotiana, Petum, Tabacco, Herba S. Crucis, Hioſciamus Peruuianus, diuersa enim habet nomina, quāuis aliquas

sa-

facultates Medicas habeat, tamen sicuti hodie est in vsu, aut in puluere, aut in fumo, narcoticam, indeque venenatam possidet proprietatem; & quotidie videmus tabacco vtentes cephalicis morbis vexari, & breuiter viuere. Videas quid de hoc scripsi in Apolline Pythio. sed casum tibi narrabo pulcherrimum ad fugandũ huius maledictæ plantæ vsum, dum sulphure suo arsenicali, quo maxime abundat cerebrũ lædit. Audias igitur, & audiãt Tabacci patrocinatores. Philippus de Arantio Cusentin. suspensus in Platea pontis hic Romæ die 9. Februarij huius anni 1650. qui quotidie tabacco tum in fumo, tum in puluere vtebatur, à me in almæ huius Vrbis Gymnasio publicæ sectus spinam quã dam osseam, seu potius lapideam, tricipitem habebat inter duram, & piam meningem in parte sinistra, prope falcem è directo intersectionis commissurarum coronalis, & saggittalis; sed piæ ita fortiter adherebat, vt sine laceratione ipsius auelli non posset; quin immo in cerebri substantiam ingressa conspiciebatur, vt publicè viderùnt omnes, qui Anatomen inspexerunt, quare si suspensus non fuisset, certe breui temporis spatio moriebatur; apparebant

bant enim circa ipsam spinam quædam inflammationis rudimenta, quæ lapsu temporis hominem è medio sustulissent. Plura dicerem, sed quia te de hoc docte differentem intelligo finem impono me tibi commendans, sicuti etiam facit Magister noster Petrus Castellus in critica doctrina super Hippocratis aphorismos qui labores tuos cupide expectat.

Vale Romæ 23. Maij 1650.

Imprimatur, Si videbitur Reuerendiss. P. S. A. P. Mag.

A. Riualdus Vicesg.

Hunc Librum de Abusu Tabacchi Eruditissimi viri D. Antonij Vitagliani Ceperanensis, Ego infrascriptus vidi, perlegi, expendi, & in eo nihil inueni, quod Sanctæ Romanæ Ecclesiæ repugnet, siuè quod bonis moribus aduerset ur; quinimò è cõtra maximæ vtilitatis fore iudico cuicunq; legenti, tum ad valetndinem corporis conseruandam. tum etiam bonos mores patrocinandum. Facio fidem hoc die 8. Maij 1650.

Ioannes Manelphus.

ANTONII VITAGLIANI

Ceperanensis Medici nostra tempestate Clarissimi.

Enarrationum, & Curationum Medicinalium Libri Noni.

ENARRATIO VLTIMA

De Sternutatione Molesta, & Abusu Tabacchi.

HOminem solùm Animantium maximè omnium sæpissimè sternuere consueuisse, scriptum reliquit *Aristoteles tùm* 10. *sect. Problem.*20, *tum* 23. *sect. Probl.* 30.

10. vel quia plusquam satis est cibo vescitur, potúq; repletur; vel quia bræuissimis est naribus, meatusq; obtinet cæteris ampliores, per quos spiritus, odorq; subeunt; humor autem propterea concalescens celeriter in spiritum commutatur, quo quidem spiritu postmodum, inflatis ac repletis iam naribus, foraminibusue prædictis, sternutamentum fieri assolet.

Nil etenim aliud est sternutamentum, quàm spiritus, vniuersique flatus eruptio, atq; delatio si eidem Aristoteli præstanda venit fides, *tum loco nuper cit. problem. 53. tum 1. de histor. Animal. c. 11. ad quod Gal. lib. 2. de Sympt. caus. cap. 1. 3. 4. & 5. nec non 6. aphor. 39.* definit motum prauũ, cum sono cerebri, dependentẽ ab eius expultrice, stimulata à Naso, & adiuta à motrice Capitis, & Thoracis; quia vt dicit *Hippocr. 7. aphor. 51.* aer intus

con-

contentus extrà erumpit; sonat autem quoniam per angustum ipsi exitus est; ex percussione etenim, & refractione fit sonus non pessimè; hinc afficitur cerebrum, Nares aliquo pacto compatiuntur, & pectus simul propter violẽtam excussionem, propterea ab Auicenna dicitur parua Epiplesia, quia cerebrum in seipsum contrahitur, vt expellat, quod noxium illi est, primò scilicet per contradictionem, indeq; per eiusdem dilationem. Cerebro enim, naribusq; perspectum est, vt potẽter valeant Elidere, quæ intus præssa turbam moliuntur, habeantq; modum, & viam, per quam fuga capessitur; quæ nonnisi Nares, & cerebrum Galeno videtur.

Eo autem, quæ sternutamentum mouent, sunt calor, humor, vel vapor, & quando multoties concitatur, & vltra vices triginta; indicatur tunc praua, ac ma-

ligna Cerebri diſpoſitio irritata, vel à flatu, vel ab aura calorem eleuante, vt propterea excitato cerebro ad impulſionem, nouus trahitur à naribus, & Pulmone aer; nam ſi vera *Galen. fatetur lib. 2. de ſympt. cauſ. cap. 4.* ad ſter nutamentum concitandum, cōcurrit caput per eius muſculos, & neruos, ac ſimul etiam per muſculos Pectoris, id quod voluit annuere Auicennas per motricē capitis, & Thoracis.

Quæ verò ſternutamina narium irritatione procreantur, ſiue ab externa, ſiue interna cauſa, impetum habent maiorem; quia eo irritamento commouentur ab impellente flatu humores; ſiquidem vt colligitur *ab eod. Gal. 2. d. de ſympt. cauſ. cap. 3. & 4.* dum cauſa vehementer, & cum violentia agit in Nares, vt ad Narium affectionem afficiatur etiam cerebrum, cuius expultrix cum impetu ad expellen-

dum

dum insurgit, vehementer concutitur, spiritibus musculorum ope quam maximè impulsis, & irritatis.

Agit etiam in nares, soluitque continuum causa item externa, quemadmodum Palea est, & Pēna exempli gratia ex *Gal. 7. aph. 51. & 2. de symp. caus. cap. 5.* caruncúlas, seu cartillagines Narium tangens, aut pungens; ita pariter calefaciens quodcunque naribus adhibitum, vt Tabacchū, iris, Aristolochia, Staphisagria, Cuminum, Nigella, Cœpa, Struthium, Ciclamen, Sinapis, Nasturtium, Lepidium; Zinziber, Piper, Hellebrorum, Castoreum, Euphorbium, & alia his similia, quemadmodum fumus, puluisque rei alicuius acris, vel erodentis.

Hæ enim irritande, Nares calefaciunt, & calefaciendo, vapores emittūt calidos, cuius caliditatis vi attenuatur humor mor-

dax, qui reperitur tùm in ventriculis, tū in spatio inani, quod cerebrum ambit exterius, vt deinde illius portio aliqua descendat in Nares, easqe mordaciter proritet, vt sternutamentum concitetur; sicuti etiam pari modo fit à causa interna, externa minimè concurrente, à materia scilicet in capite residente; vt iudicauit *Hipp.* 7. *aph.* 53. opus enim est, vt materia secundum aliquam sui partem feratur in Nares; siue per se descendendo, siue mediāte irritatione per externam causam.

Quemadmodum contingit olim cuidam PetroAntonio Granato à Ceprano, complexionis promiscuæ viro; corpore pleno, ingenio festiuo, hilari, atq; arguto, vix quadragenaria ætate maiori, tempore Verno, constitutione frigida existente; Hic cū Rosæ Tabacchi helleborati plenę odorem suscepisset, refectumque

que puluerem naribus attraheret; cerebri expultrice ab acri vapore, mordaciq; minera irritata; molestam valdeq; creberrimam sternutationem incurrit, vt post centum, & vltra explosiones sternutamentorum cum multo sonitu, eoq; vehementi, cũ pinnas narium haberet crassas; ferè viribus destitutus, & cum exitio, quasi ad Pheretrum propè translatus esset, me ad hanc miseriam spectandam, opemque, si quæ esset, ferendam accersire per vxorem iussit.

Nã licet non mediocre præsidium, vt plurimum afferat capiti vaporibus oppleto sternutamentum, vtpotè quod illud excicet superuacanea expellat, prauitatemque sedet, de Auicennæ sententia, iuuet insimul partem edendum, ex Hippocrate, secundas excludendum, & matricis præfocationes in mulieribus, nec non, & crebros singultus se-

det *ex Ariſtot.33.part.probl.17.* imò bis, terue factum ſanitatis tempore optimum habeatur, eo quia anteriorem cerebri partem repurget, & ſenſibus viam aperiat. Nihilotamen minus, intempeſtiua immoderata, & cum materia malè affecta, haud vtilis erit huiuſcemodi cōcuſſio, quādoquidem vires frangit, caput replet, & materiæ impedit coctionem; Hinc idem dixit Auicennas malam eſſe catharri initio, quia caput implet; nocet etiam febricitantibus aſſidua, quia vires deicit, & propterea ſubdit, quod ſi homo morti proximus, vt in Apoplexia, & Epilepſia, conuulſione, lethargo, vel charo, ſi ſternutatorijs adhibitis non ſternuat, de ſalute ſperandum non eſt, propter virtutis imbecillitatem; firmat dictū *Ariſtot.33.ſect.probl.9.* eſt etiam incommoda in viſcerum inflammationibus, in febribus, in gra-

uedinis cruditatò, & ex acri catharro. malò præterea est per omnes morbos, qui in Pulmone fatigant sternutationem præire, & subsequi, vt Peripneumonya, vt de Pleeritide notauimus nos in obseruatione de Pleuritide, quã typis dedimus, de Hippocratis mente, 2. *prognost. cap. 9. prad. 49.* Molesta item est à concubitu statim mulieribus concipere cupientibus; prius etenim valida concussione genitale excutitur semen, quàm se matricis penetralibus insinuet; malam item nos prædiximus illam in nostro excitatam ægrotante, vtpotè intempestiuam, creberrimam, & vires deiecentem, & prostrantẽ.

Et quamuis sternutatio *à Gal. lib. 2. de Sympt. caus. cap. 5.* referatur inter symptomata facultatis animalis, attamen propriè est in gẽnere actionis matricis cerebri deprauatæ, vt idem annuit Auicennas, quia cum sit motus vio-

lentus *ex Gal.6.aphor.* 39. habet consequenter pro genere motũ prauum 2. *de sympt. caus. cap.* 1. imò vehementioris impetus,quã sit Tussis; *vt eod.2.de sympt. caus. cap.*3.4.*&*.5. quamuis dicto *cap.* 3. dicat conuenire cum tussi, in sonitu scilicet; & licet præter naturam vix dici possit, eo quia causa morbifica excitat naturam ad actionem per *Gal. eod.* 3. *de sympt.caus.cap.*4. hoc intelligendum est, quatenus motus cerebri est actio,non autem cum motus capitis est passio; siue quando sternutatio sit intẽpestiuè, vt in casu nostro,nam si fiat tempestiuè sternutamentum, prorsus præter naturam minimè erit; quemadmodum de sanguinis eiectione adest exemplum apud *Gal.lib.de sympt. diff.cap. vltimo.* & tunc dicitur præter naturam secundum partem.

Sic igitur sternutatio,accepta non vt salutaris,&tempestatiua,

sed vt morbifica, & intempestiua, aut secundum totum præter naturam; vt *Gal. 2. de sympt. causis cap.* 1. erit statim tollenda; verum quia, aut pendet ab intemperie calida sine materia, siue vaporosa, siue humorali, vel à materia toto genere præter naturam; si à sola intemperie indicat sui remotionem per sibi contraria; si verò fiat ratione materiæ irritantis, illa primo veniet imminuenda, & euacuanda, quæ iam fluxa est, quæ autem fluit, aut actu fluxura est, retrahendo medicamentis, quibus catharrus curari solet, & si in Iecore calidiori generetur, temperanda erit pars ipsa demandans, hepar scilicet refrigerantibus medicaminibus.

Accitus igitur ipse ad ægrotũ prædictum curandũm, nihil de materiæ euacuatione excogitaui cum intellexissem sternutationẽ fuisse excitatam acri Tabacchi

puluere in Rosam iniecto, quamuis consequenter materia successiuo tractu per consensum à narium acrimonia cócurreret. Itaque Præmissa obiter perme conuenienti Diæta, vt degeret scilicet in aere cubiculi tẽperato, in quo adessent stratæ ciconiæ pennæ, siue ex his saltem puluinar, aut capital confectum esset, vt super illo dormire potuisset. Dicũt .n. Apollonius, & Aetius impossibile fore pennis cicuniæ præsentibus, Pueros sternutare posse, & à proprietate, qualitateuè, tũ occulta tum manifesta, hosce affectus iuuare, eisdemq; succurrere promptè.

Cibaria refrigerantia commendaui, & inter illa vti dixi à proprietate Ciconiæ carnem victui paratam, sed sine aromatibus acribus conditam, quam Pridie die mactauerat in lyri flumine quidam auceps; Rhenes item agni, qui tempori proportionaliter

liter respondebant proposui, sed semiassos, & succo plenos ex Auicennæ sententia, licet conuenirent etiam veruicis, succulæ, leporis, & vitulæ pari modo assati, quia eleuantur ex his inter comedendum spiritus quidam per Palati foramen ad nares ipsas, qui earumdem acrimoniam, & proritationem lenire, & mitigare sunt apti; Mandaui præterea vt caput eleuaret in altum, inintenderetq; Ilia, & spiritum cohiberet, ac vt palmam crebrò manu confricaret, quia sic sternutamenta ex Varro, silescere solent.

Iubent pariter Alij, vt anulus stamneus in dextrę longissimum digitum strictè transferatur, vel manus in aquam frigidã immittantur; Ego vero nasum, & oculorum angulos internos sine superstitione confricari præcepi ex *Arist.33.part.probl.*8. qui mirificè conducere solet, prout de facto

cto ſucceſſit; ſic vt ſubito, repenteq; terreretur, vt mirum immodum metueret; quia ſedulò hæc animi paſſio iuuat; & hoc facto curaui ſtatim attrahi per nares lac tepidum ter, vel quater, nec non gelidam affundi in faciē de repentè, ac demum ſequens exhauriri linimētum per nares,

℞. ol. roſ. incopl.)
viol. ſimpl.)
ſaligni) ana dram. 5.
nenuphar)
de mandrag. pom.)
Lactis mulier. puellam lactant; dram. 1.
Succi fluentis ex Rhenibus animalium prædictorum ℥. iij. ſij m. f. linimentum, quod trahat naribns actù tepidum.

Inde addito linimento prædicto aceto roſaceo, iuſsi illo frontem, ac tempora illiniri, & poſtmodum fieri embrocationem, cum aqua calenti in qua ebullierint ſantali, roſæ, ac violæ, &

ne-

nenuphari flores ſicci, ita vt fumum cannula, ſeu tubulo per nares exciperet, & demum, vt odoraret continuò poma, ſi quæ eſſent, roſas, violas, hiacinthos, Iaſiminos, apium, aut ocymum ex Paulo, quia ſaluti eſt; & tandem pilam aromaticam manu geſtandam, ac adorandam in aromataria parari iuſsi ſequenti modo:

℞. ſem. apij, nigellæ baſilici, Thuris, Mirrhæ an. part. æqual. f. puluis ſubtiliſsimus, & cum ol. iaſimino, aut ſtyrace liquid. excipiatur maſſa, & formetur pila manibus aſportanda, & naribus adhibenda. Quibus auxilijs Dei Beneficio ſtatim à moleſtia conualuit liber duarum horarum ſpatio ad ſummum.

ATtamen occaſione nobis data de Tabacchi puluere, non incongruū fore putauimus paucula huc de eo transferre, cum eius improbus vſus, eiuſdemque in-

intemperata consuetudo ita increbuerit hisce nosttis temporibus, vt velut contagium serpuerit latius, quam per vniuersum terrarum orbem, nationesque Bipolares, & incogitatas communi omnium voto, sed inęquabili lāce largissime peruagancrit.

Satisfaciemus sic non minus flagranti, quam inexplebili hominum curiositati, verum talia esse desinant nostra hæc monimenta, vbi nullius fucus nudæ veritati lenocinetur, quod & ego sedulò in omnibus caui; præcipuè per Amphibologiæ rimulas, candidum veritatis florem ostētare, vt temerè alij decerptant, aut odor paulatim diffluat, aut euanescat; Garriant quicquid velint alij posse præssius, limatius, & argutius, abstrusis, ac reconditis vocabulis, laruatisq; dictionibus describi, & compingi, quia ipse claris, & apertis notis, atq; communi latinorum characterū

sche-

ſchemate, de abuſu Tabacchi, quam ſequor ſententiam, liquidò, & expromo, & paiam facio.

Excuſent pluribus meam hãc, vel fiduciam, vel audaciam amici, atque Tabacchi ſectatores, quandoquidem ipſe nihil aliud mihi ex hoc accepturum referã, quam interuerſum ingenium, oculorum aciem non modicè exeſam, & vocem haud tutam ſatis, qui veluti ſcriptorum circum actu nouus cruciabor Ixiõ, expectans quotidie redargutionis ictus, ad quos fortaſsè illicò tũc imparatum habuero pectus, cum velut alter Phocion ſolus Athenienſium opinioni contradicens, reputabor.

Protextor tamen me hac eloquutione haud damnare illos, qui ad commodum, morbumq; oppugnandum, ſemel, aut bis, teruè tabacchum aſſumunt, & prolectant, ſed eos, qui ſæpè, ac ſæpius, imò ſæpiſſimè omni ferè

mo-

momento (ne dicam quiddimo) in omni loco, & coram omni respectu Tabaccho obstricti, plurimum exhauriunt, & alliciunt, id quod antesignanus quidam noster pharmaciæ exemplo expressit esse veluti Nouaculā acutam, quæ in manu Pueri, vel insipientis inutilis, nocua est omnino ipsi tractanti, à sapienti autem viro adhibita ad plurima vtilis fiet; Perbellè carminibus explicauit singularis iudicij vir Paschalis Honoratus Archipresbyter Fabraternus noster compatriota in propositto meo enigmate de Tabaccho, his verbis.

Est Animal incertum viuens, addicta Lyæo,
Si caput obtrūcas, est vir doctissimus Vatis
Viscera si tollas, secā semper aquosa madebit;
Si quia pedē cades, tabida marcet ipsa cruore.
Ergo infœlix mōstrū, quodquidem rite sequūtur
Mētē acuūt: sed, qui male mētē turbine (quassant.

Vt igitur: Maiori Intelligentia hoc inuolutum meandrum omni-

nibus elucescat, puto fore Idiotis, ac parum versatis hominibus Thesei filum porrigendum, vtpotè quę portenta apparent, sint postmodum lucidissima veritatis axiomata, & quæ alias mirabilia præsentibus videntur, sint posteris, ac successoribus documenta facillima. Verum ab enigmatis initio sumendum erit exordiũ & ipsum quid est, velut demonstrationis principium, iuxta Aristotelis sententiam *lib. 1. de anima tex. 11.* explicandum censeo.

Est Anima, incertum viuens; nam cum Tabacchum sit planta, quam inferius describemus; erit consequenter, & necessariò animata, siquidem, vt idẽ inquit *Aristoteles lib. 1. de plantis cap. 1.* cum talem quandam huius Animæ partem continere Planta deprehendatur; necessariò fit, vt animam quoque habere eam statuamus, quandoquidem Planta non est in numero

eo-

corum, quæ carent Anima, vt infra Aristotiles subdit; & Anima per ipsum met Philosophum *lib. 2. de Anima cap.* 1. est actus corporis naturalis organici, potentia vitam habentis; Sic anima Plantæ, quæ vegetatiua, seu nutritiua appellatur, aut Ales à Plinio, erit pariter actus corporis naturalis organici, potentia vitam Vegetatiuam habentis; quãdoquidem eius interiore motu, plantę vigescunt crescunt, frondescunt, germinant, nutriuntur atque breuiter viuunt, & ideò præditæ sunt tribus hisce potentijs, generatiua, nutritiua, & auctrice, quas *Gal. in lib. de naturalibus facultatibus*, vires appellat naturales; quatenus enim ad conseruandum apta est, nutritiuæ potentiæ est obiectum, quatenus verò per ipsam corpus ad debitam quantitatem peruenit, auctricem respicit facultatẽ, ac quatenus ad generandum est ido-

idonea vim spectat generatiuã nam posito, quod animatum individuum existat, primò nutritur, deinde augetur, postremò, ab eo aliud generatur, attamen si idem, vt producendum consideres, primò loco generatur, deinceps augetur, & nutritur; omne enim plantarum genus ex semine procuratur, velut cætera animata, vt *Theophrastus lib.* 1. de plantarum causis luculenter ostendit, id quod à Moyse didicerat *lib.* 1.*Genes.cap.* 1. Germinet terra herbam virentem, & facieatem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen insemetipso sit super terram, & factũ est ita, nec obicias multas plantas, non solum ex semine, sed etiam sponte produci, cæterisq; alijs prodire modis, radice scilicet, auulsione, surculo, ramo, trunco, ligno minutim inciso, aliisq; à *Theoph. lib.* 2. *de histor.*

Plant.

Plant. deſcriptis; quia pariter animalia, quæ plantis ſunt perfectiora, etiam vtroque prouenîunt modo, quemadmodum ſunt mures, ranæ, & cætera his ſimilia, quæ licet apta ſint prouenire ex ſemine, tamen ex putri materia prodeunt. Cumque naturalium facultatum omnium obiectum ſit alimentum, quo na turavtitur, tum ad nutriendum, tum ad generandum; hoc alimẽtum, ſiue humor naturalis ſi abſumatur à Plantis, valetudinem incurrunt, ſeneſcunt intereunt; & marceſcunt, vt idem docet *Ariſtot. eod. lib.* 1. *de Plantis cap.* 1. *in* calce. Hinc 3. *de anima tex.* 59. nutritiuam animam neceſſe eſt, inquit, habere omne quodcunq; viuit, ac animam habet à generatione vſque ad corruptionem; igitur nutritiuam potentiam in omnibus, quæ augumentantur, & diminuuntur neceſſe eſt ineſſe.

Huius generis igitur erit hæc

no-

noſtra Tabacchi planta, quæ Bacqne Indis Orientalibus dicitur Martino auctore. Picielt, & Pitum Occidentalibus, præſertim in Regno Floridæ, Meſſico, & in noua Hiſpania, quæ ſub Tropico cancri ſituatur. Herba Regina, herba Mater, herba Prioris, ac herba Sanctæ Crucis Latinis; Tabaccho vulgaribus, & Nicotiana, à Ioanne Nicot Regis conſiliario & in Luſitaniæ Regno Legato, qui primus omnium nobis de ea cognitionem tranſtulit circa Annum 1558. vt docet Carolus Stephanus Gallus in ſua noua agricoltura, gallica lingua deſcripta *lib. 2. cap. 76. fol mihi 161. à Dodoneo verò lib. 3. de ſtirpium hiſtor. cap. 22. pemp. 3. Hyoſaiamus Peruuianus appellatur;*

Hæc enim è lignoſa radice, quæ plantæ proportioni reſpondet, habetque multas alias radiculas adnexas, erectus eleuatur caulis, iſq; piloſus, & viſcoſus, tan-

ta magnitudine excellens, vt sæpe denos excedat palmos, & limonis altitudinem quoquomodo adæquet ex hoc caule quamplurimi producuntur deinde surculi, ita pariter erecti, nec vnquam sui natura flexi, qui altitudinem maioris caulis persæpe immitari, & excedere conantur. folia figura ferè citri habet, sed Rumicis maiora, longiora, & rutundiora, coloris sub viridis, alternatim disposita, nec coherentia, crassiora tamen, pilosa, & viscosa quodammodo, velut plãta ipsa, & pilosa, & viscosa est.

In cauliculis singulis, surculisue prædictis, & in eorum cacuminibus præsertim, capitula teuuia, ceu phialæ oblonga, siue vascula phialæ forma semine expleta manẽt, inter secantibus intus membranis seminum locos dissipientibus; semen vt papaueris minutum habet, sed multo tenuuius, subruffi, aut xerampili-

ni

ni coloris, leonatò oſcuro vulgò dicti; è ſiliquis illis, viridibus, philialæ inſtar oblongis, flores educuntur albi in medio verò purpurei pentanculi,&in ſingulis angulis,& in eorum crepidinibus color purpureus oſtenditur; eius radix lignoſa eſt, aperta, & nullius vſus, ſaporis amari, coloris crocei in intimo, & in extimo albi.

Prouenit vbique,ſed locis cultis, humidis, & vmbroſis adultior fit, quamuis dicat Carolus ſeri debere aduerſus ſolem, ſemoto Aquilone, omni tempore ſeritur,ſed nonniſi poſt Anni lapſum naſci ipſe comperi, quamuis Nicolaus Monardes 2. *part. rerũ ex India euect. cap.*1. omni naſci tempore dicat, qui pariter affirmat eſſe calidæ, & ſiccæ complexionis in gradu ſecundo, tu plura vide aud eundem, & Carolum Stephanum locis iam citatis,nam vires nos inferius deſcribemus,

& si plura cupis Lector consule peritissimum Petrum Castellum Doctorem Meum, & Dominicũ Panarolum condiscipulum, & carissimum amicum.

Posito itaque, quod hæc herba sit planta, & vt talis consequẽter sit animata, vt supra demonstrauimus, quomodo igitur dicetur, ab Honorato incertum viuens? siquidem *Aristotiles lib. 1. de Plantis in fine*, in omni plantarum specie dixit calorem, & humorem naturalem esse; & vita nihil est aliud ex eodem met *Aristotile lib. de vita, morte, & respirat. cap.* 10. quàm Participatio Animæ in natiuo calore, ac illius in eo permansio?

Respondeo triplici de causa, honoratum dixisse incertè viuere plantam; primo quia vita incerto spatio, non autem perenni datur mortalibus vtenda, quemadmodum indicauit Lucretius illo Carmine.

Vi-

Vitaq; Mancipio nulli, datur omnibus vsu.

Secundo dixisse incertè viuere, quia controuertitur inter auctores de potentijs, seu facultatibus animæ Vegetabilis, quandoquidem *Aristotiles 3. de partibus animal. cap.* 5. hasce vires in corde locauit, quippe qui opinatus est venas, quæ illarum sunt instrumenta, à corde initium capere, *Galenus è contra in lib. de natural. facultat.* venas non à corde, sed ab hepate originem ducere, alimentaq; in hepate perfici, & ab illo per venas in vniuersum corpus distribui, deprehēdit, hinc consequenter facultatum naturalium sedem hepar constituit 9. *Meth.* 10. 5. *de locis aff. & 6. de vsu part.* 18. *Et* 12. *Meth. cap.* 5. dixit, quod si naturalis, quoque aliqus spiritus est, vtique is quoque in locinere, & venis continebitur, à quo non longè discedere videtur Plato in Timæo, cū

dicebat, Iecur à conditore esse factum sedem, in qua habitaret Anima inrationalis (Natura scilicet) vt hæc bellua tanquam ad præsepe aliquod alligata, nullo modo perturbare posset mentē, neque à suis operibus auuocare.

Tertio, denique dixit incertū viuens, quia idem *Aristotiles lib. 1. de Plantis cap. 1.* Initio fatetur, quod vita sit deprǽhensa in Plantis, sed occultior, nec adeò euidens, vt ad longum ipse disputat contra Anaxagoram, Democritum, & Empedoclem, qui volebant Plantas non tantum viuere sed desiderio duci, sentire, tristitia, & voluptate affici, animalia esse, voluptate, ac dolore moueri, sexum his admixtum esse, inesseque mentem, & cogitationē. At de his satis, carmen aliud enigmatis glosare sequamur, scilicet.

Si caput obtruncas; est enim glosa nauis, qua nauigamus per hoc vastum Medicinæ pelagus; ita-

itaq; ſciendum nomen hoc, Tabaccho, habere caput, viſcera, & pedes, Principium nempè, Medium, ac finem, omnia tribus his ſyllabis compræhenſa, TA, BA, CHO, cuius ſi caput abſcindas, TA, videlicet, remanet, BACHO, duabus ſequentibus compræhenſum ſyllabis, qui erit Lyeus, ſeu Bacchus, Deus Vini putatus, Iouis, ex Semele filius, quem orbem ferè terrarum peragraſſe, multas nationes domuiſſe; Indos debellaſſe; ac primum omnium triumphaſſe; Diodorus Siculus ſcribit; & hoc non alio pacto; niſi quòd vino omnia pareant, ac obediant, dicitur Bacchus, hoc eſt Ebrius ſum à Bacchari verbo, quod eſt furere, aut inſanire, nam qui vehementius à vino, eoque mero agitantur, pluſquam mente capti, ac furioſi videntur, non minus, ac qui Tabacchum aſſumunt.

Vidi etenim ipſe in caupona

dicta della Fontana, Ciuitatis Ananiæ, dum Romam pergerem Bacchantes,& Tabacchantes insimul, qui parum Tabacchi, & multum vini sumentes, ita insanierunt hac, illac protrusi, hos illosque opprimentes, saxa, sudess vectes immanissimè iaculantes, cæteraq; cauponæ arma in semet ipsos attollentes, vibrantes, congerentes, vt nisi essent, qui eos sic irrumpentes, & debacchantes detinuissent, constringent, ac funibus, lorisue arctissimè vincirent, vltra vulnera ferro illata vicissim, etiam mortem sibi metipsis Tabaccho fumantibus, & æstuantibus vino, grauiter intulissent. Hinc optimè vir quidam ingeniosus, pariter Popularis meus, illi præclarum alterum indidit nomen, Tribacchum scilicet, quia ad singulas quasq; Tabacchi assumptiones, terna capacissima vini pocula, siue ternos vini cyatos locupletissimos, quibus

bus se se perluere possent; vel vt ait illa Plantina Vetula, inuergere in sese tuos liquores ductim; opus esse dicebat.

Viscera si tollas, hoc est dictionis, medium auferas, nempe, BA, TACHO, remanebit, qui quandoque cum G, inscribitur, & significat lusitaniæ flumen, arenas aureas habens, vt testis est noster Iuuenalis Aquinas; vel cũ C, & est indiæ locus extra Gangem, qui ab ipso Gange inigatur; aut cum Ch, & est Insula quædã Nili, quæ pariter à flumine sæpissimè inundatur; vt pateat quocunque scribatur, ac designetur modo, semper madidum esse locum, aquisque repletum, quia Vinosi, ac tumulenti humida semper excutiunt, siue per sudorem, siue per vomitum, aut tandem per vrinam, quemadmodũ exemplo nobis esse potuerunt milites illi Regij, Vallones dicti, ac Arpini degentes, qui eodem

 tem-

tempore, quo vini cadum per os ingerebant nulla pospoſita mora emiſſo abſque verecundia penè per vrinam egerebant, vt hac ma lè ducti immorigeratione. Arpinates quidam, multos de ijs ſic agentibus interfecerunt, & cum eis ducem, & capitaneum ſimul; commaculantur enim in malè moratis hominibus honores; & dignitates, vt in æreis vaſis aceſcunt cibaria, de Plutarchi ſententia; Hinc lyſides Pitagoricus, quemadmodum nefas eſt, inquit in cænoſo vaſe limpidiſſimam reponere aquam, eo quod turbeſcit, ſic & honorem in animo eorum, quibus virtuti mores minimè correſpondent.

Denique ſi pedem cædis, hoc eſt vltimam demas ſyllabam, aut dictionis pedem, CHO, ſcilicet, ſeruatur tantummodo TABA, ideſt Tabes, quæ ex *Gal. 7. aphor. 16.* ſumma corporis extenuatio eſt, ex vlcere pulmonum inſanabili.

bili, in qua cruentum aliquod, pus videlicet, sanies, aut sanguis corruptus expuitur, & emanatur vnde plurimi vsu tabacchi contabescunt, quia cum moueat ex capite pituitam ad pulmones, illa vel per se acris, vel tabacchi acredini permixta, interdum in ipsis retinetur, retentaque putrescit, putrescens verò exedit pulmones, quibus vlceratis fit Tabes, quæ ad sanitatem numquã perducitur, vt optimè explicat Hippocrates suo libello de Glandulis, id quod firmat *Auicennas cap. de Phtisi*, & idem *Hipp.* 7. *aphoris.* 38. quando scribit si pituita in pulmonem delabens, vigesimo die detineatur in pus conuerti; quia putrescens exulcerat, vt idem *lib.* 2. de morbis; mouere autem pituitam de capite Tabacchum non est cur nunc probetur, cum satis, superque oculis sit conspicuum; probare antè non videtur necesse, quod om-

nibus patet expreſsè, vt communi conſenſione inualuit opinio. Concludit igitur Honoratus, & optimè quodqui ritè ſequuntur, mẽtem acuunt; ſed qui malè, mentem turbine quaſſant. Nam ſicut Turbo, qui ex Typhon, ſeu vertex vocatur, ſi à ſuperiore nube detruſus ab inferiori prohibeatur, quo minus ægredi poſſit, neceſſe eſt, cum neque ſurſum tendere, neque deorſum ferri poſſit, ipſum in latus ferri, ac demum circumuolui; quare è ſuperiori in partem inferiorem exturbatus, vertigines agit, ſic, & qui Tabacchum ſæpius aſſumunt, velut inſani, & ebrij vagantur, tenebras in oculis ferre videntur, ſudorem frigidum vndique emanant, tam vehementer, ſubitoque cohorruunt, artubus contremiſcunt, & velut titubantes, ac paulatim deficientes, deorsũ facto impetu ſe proripiunt, vt quaſi amputatis alis, non audeãt

in

in pedes consistere amplius, sed pronos, vertiginososq; & turbinanatos in terram corruere, nisi sint, qui eos subleuent, atque substineant. Exemplo sint Sacerdotes Indiani, Monardo referente 2. *part. de plant. Ind. occident. cap.* 1. qui ab assumpto Tabaccho velut mortui, & exanimes in terram prostrantur. Quos etiam effectus vinosis, & temulentis similes euenire scribit, *Plinius lib.* 14. *histor. cap.* 22. *circa medium*.

Exeunt præterea extra sese magnam partem, cum eos etiã ãnimus, ac memoria ita deserat, vt videantur sibi metipsis adimi, ac alio quopiam transferri, quem admodum contingit eximio cuidam viro, cuius mentio hic fieri non potest, qui ob tabacchi assumptionem ita extra se erat, in oblitus omnium, quæ priusquam agnouerat, à die noctem minimè discernere valebat, ita

quod manè cœnam, vespere autem ientaculum exposcebat, donec supremum vitę diem sic obierit; debilitatus etenim mente, cum nimio vsu Tabacchi, tum eiusdem pessima qualitate, siue occulta, siue etiam manifesta, quæ menti insidiari, & ad rationandum impotentem reddere apta est, non minus, ac stramonium, & solanum furiosum, Bella donna vulgò dictum.

Simile quid contigisse, plenissima epistola scripsit mihi. Manelphus Doctor meus, vir clarissimus, & omni virtutum laude præstans, cuidam viro nobili Cisalpino, quem præ manibus curaturum habebat; Hic enim ex frequenti tabacchi haustu semiamens factus, vna simul cum continua vertigine toto aberrabat cœlo.

Non enim alia de causa Mineruam è Iouis cerebro prodijsse refert Antiquitas, nisi vt quisque

ex

ex optima sui mente hauriat quæ sibi vtilia, ac æquè honorifica fuerint, inter quæ sanè non venit adnumerbndus frequens, & immodicus haustus Tabacchi, qnod homo non planè angusti animi, etsi literis parum excultus non tantum Turbacchum, sed & Transbacchum nominauit vtpotè, quod impetuosiores effectus, & temulentiores, quam Bacchus produceret, & transcenderet, quod certè opus esset Salomone, qui vt inquit, Ioseph de antiquitat, remedia liberandi lyphatos adinuenit; Pereunt enim ex imbibito vino nonnulli, vt de Archesilao Philosopho Pittiaco refert Diogenes, & de Amurat Turcarũ, Imperatore recentiores historiæ, qui bibens morti concessit, sed pereunt pari pacto ex nimia, & luculenta Tabacchi assumptione, qurum numerum longum esset recensere, sed sufficiat pro nostro instituto pauculas com-

compatriotarum historias enunciare, illáque præcipuè, quæ de quodam honesto Iuuencuio Ciuitatis Sancti Germani in Regno Neapolis nobis est relata. Hic enim ætate integra, alterum, & vigesimum annum vix excurrerat, è vitæ suæ, primordio, tabacchi euolauit exhaustu. Narratur pariter, de quodam Virgilio aromatario, Priuernate, qui assiduo tabacchi vsu, apnea prius correptus, mox aphonos siue voce, illico destitutus, vitæ suæ curriculum immanissimè funestauit; non dissimilis erit casus R.D. Ioannis Baptistæ de Bellis Itrani, qui ex Tabacchi vsu, febre iam correptus, nos mortalium erumnosissimos illicò deseruit. Vtinam cũ lysimaco, iam capto, ac ebibente dixissent, & exclamassent, heu quam paruula delectatione me de Regali maiestate, mancipia commutatione in obstrictam seruitutem redegi; hic enim ad ex-

explendam sitim, quà valdè cruciabatur, vna simul cum suo exercitu, Dromachetæ Classi se captiuum tradidit.

Verum vulnus aliud me transfodit, & quidem biceps, quod me duplici dolore fatigat, quia nequaquam contrario, ac diuerso vtuntur remedio, sed congeneri combibita Indole nituntur; vino scilicet, idque meracius, quoad haberi potest, & aliud alio potentius ingurgitantes, vt simile simili eorum ineptia conseruetur, siue vt vehementiori æstuent insania; Quid enim sonat nomen hoc Tabacchum si vocabuli ethimologiam spectare velimus, nisi tabem Bacchi, siue extenuationem & consumptionem Bacchi, quod idem est, ac vini? vt nobis ex facto Demetrij Antigoni, Macedonum Regis filij, satis constare potest; Hic cum obsidione Rhodum circumuinceret, & figuram Bacchi à Protogene depi-

ctam

ctam cum surripuisset, rogatus fuit à Rhodianis (intercedentibus iam legatis) vt tabellæ picturam asseruaret incolumem; quibus se prius patris sui immaginem cancellaturum respondit, quam illam Bacchi picturam, vtpotèque sibi continuò ante oculos vini memoriam obijceret.

Hinc, & nos Tabacchantes nonnisi vinosos dicere valemus, si æqua castigatione illos verberandos putamus; Ingenuos etenim, & magnanimos alumnos suos, vt nunquam deserit Tabacchum, ita nec, & vinum, cui sem per obsequio parati assistunt; exulat enim vinum vnde Tabaccho nõ alitur; verum difficile cũ sit inuenire hac nostra tempestate Tabacchi incultores, sic pariter, & vini inimicos.

Hac bibendi virtute parthi, sibi gloriam procrearunt, eadem & Alcidias inter Grecos fama preualuit, sic pariter, & Mediolanẽ-

sis

ſis Torquatus, cum tres vini con gios in Tyberij Imperatoris præſentia ebibiſſet, è prætura ad Pro conſolatum fuit euectus, ſimile quid Lucio Piſoni contingit, qui cum integris duobus diebus, totidemque noctibus abſque inter pellatione in eius imperiali præſentia bibere continuaſſet, Romæ curam adeptus eſt; vnde hic Tiberius claudius Imperator, vino ab incunabulis addictus cũ eſſet, & vinoſos ad dignitates, atq; ad honores extolleret, Meronis nomen, loco Neronis ſummo acquiſiuit vilipendio; Hic enim velut egiptum ſitiens à ſeptem geminis fluuijs vbertim irrigari, ab ebrietateque perlui mira cupiditate nitebatur; vide de his plura apud *Plinium lib.* 14. *hiſtor. c.* 22.

Prætereа obiter ſciendum fore duxi non fuiſſe caſu, ac contingẽ ter vocatam hanc herbam Tabac chi nomine, quamuis Nicolaus

Mo-

Monardes, loco pluries citato animaduertat sic ab Hispalis appellari, eo quia nimis abbundet in quadàm huius nominis Insula cum apud Indos occiduos, Picelt, referat peculiari, ac proprio item appellari nomine, quod tamen vnum, aut alterum minus arridet; Nam Martinus Alphonsus de Sossa, qui Proregia dignitate In Indijs oriẽtalibus fruebatur, vir si qui alius fide integerrima, ac singulari probitate valens, niueo florens candore, & nullo prorsus mendacij næuo fœdatus, suo *lib.* 1. *narrationum Indiæ oriental. cap.* 13. *fol. mihi* 19. dixit dari in illis regionibus herbam hanc altitudine Canabis & patrio nomine appellari Bacque; quam postmodum Didacus Garzia *in lib. de aromat. Indiæ orient.* canabis altitudine, canabis filijsæquiuocat hanc plantam breue tamen sic habeto, & credito,

to, veracem illum, mutabilem, ne dicam mendacem hunc; vtpotè qui in verba Magiſtri, perperam intellecta, deiurauerat, quandoquidem Bacque, ab Hoc Prorege, Reginam herbam fuiſſe appellatam ſeria firmat fides; hic enim velut omnium primus ad nos ex Iudia detulit orientali hanc herbam; quæ mox Tabacchi nomine, & augeſcit, & perennat, non modo ex Inſula aſſidua, ſed ex India orientali, vbi maiores, ac efficaciores ebrietatis effectus producere videtur, ſi eiſdem Alphonſo, ac Didaco fidem præſtare velimus. Quando populi illi orientales, delectabiles non minus, quam placidas viſiones cernere cupiunt, huiuſmodi ſuo vſu paratam abſumunt herbam, vt exientes extra ſeſe omni ferè ſenſu deſtituti, permulta videre dicunt delectabilia, quæ nec verbis exprimi, nec ſenſu concipi poſſunt.

Et

Et licet audiat narrator ſubfri gidus, dormitans interpres, & indiligen s ferruminat or ab his, qui ſortè præter conſuetudinem verba per iugulum redeuntia, & Indorum uoculas inuſitatas ſcru tari percipiunt, & interpretari perſenſiunt; attamen libebit exclamare, & pleniu ſententiam dicere meam mihi licitum eſſe abditos verborum ſenſus, & ſi quid occultius ebulliat in hac re tabacchica, ita exquirere, vt maturiori ſcribendi peritia Tabacchi deriuatio verborum tenus ſublucente inclareſcat affectu.

Dicam igitur Picielt, ſiue Pitum, lingua Indiorum occidentalium, etiam vinum, vel Bacchum repreſentare nobis poſſe; quod pulcrum inuentum eſt, eximium eſt, & vituperari non debet, cui & ipſe ſemper accedam teſtis; quaque in re, vt veritas emoliatur, non digitos modò,

ſed

sed plenam (vt ita dixerit manũ immittam, cum sciã omnes pro hac à me subscepta prouincia, beneficium capere posse, idque tu quoq; lector integerrimè assiduè cogita, prædica, & exemplo doce.

Vinum dixi iudicare nobis posse Picielt, aut Pitum, tum quia ibi picis saporem resipit vinum, vt in agro Viennensi auctor est Plinius *lib.* 14.*cap.* 1. vel quia ibidem conditur vinum pice, atque resina, quemadmodum mos fuit antiquis, qui picatum vocabant vt idem *Plinius* refert *dicto lib.* 14.*cap.* 19. pice enim, & resina condire multa, vt vulgare Italiæ est, sic pariter, & Indiæ esse potest, nisi velimus dicere, vt quidam Spetialarius Lusitanus, cognomento Gomex, valdè in India versatus, mihi relatum tradidit. Indos vinum conficere, ex palmulis, & palmitibus Piceæ, siue etiam cuiusdam Arboris piceæ

siue

siue etiam cuiusdam Arboris piceæ quodammodo in Resina similis, eorum nomiue Tabaxir nuncupatæ, sicuti, & Arabis, Parsis, & Turcis etiam dicitur, prout colligitur ex *Auicen.lib.2.cap.617.*

Nascitur quidem hæc arbor in India, præsertim in partibus Bisnager, & Malauar, populi altitudine, & quandoque minor, folijs oliuæ longiuribus, & ramos habet elâtos, ac rectos, sed satis superq; nodosos, quorum nodorum distanria, quidam exurgit liquor crassus, & dulcis, saporis Sacharei, vt proptérea à Serapione patrio nomine vocetur. Sacchascir, quasi liquor Sacchari, loco Tabaxir, quasi liquor Bacchi, sicnti, & lingua Germanica Bir, & lingua Gallica Ceruiscir liquor, qui sit ex pomorum, aut hordei succo, & ad bibendum paratus.

Humor igitur, qui farinæ instar

ſtar in nodulis prædictis reducitnr, cum iam apprehenditur, niger fit, & coloris quidem Picis, & velut Pix adherens ramis, ex quibus Indorum more fit liquor vino non abſimilis, qui Picap, vel Picicacap. dixit appellari in Prouincijs Batecala, Theſcalthecala, & Churulthecala; temiltitani Regni modus illum conficiendi non eſt diuerſus ab eo, quem tradit *Plinius lib.16. cap.* 21. de Picea; vel enim Reſina illa molitur farinæ inſtar, & in vinum i nijcitur, vt nigrior fiat in colore, vel vna cum ramulis minutim inciditur, vt cribrari poſſit, deinde decoquitur in acqua calenti, & cocta exprimitur, & videtur expreſſio illa vinum heluolum, ceraſuolo vulgò dictum, ſed habet in ſe dulcedinem quandam delectabilem, propter dictæ reſinæ ſaporem dulcem.

Non ſic illud, quod fit è Reſina piceæ arboris, quia, & odorem

&

& saporem assumit acutum, nisi sit e crudo Resinæ, flore, quia sic illa educitur suauitas, vt idem docet *Plinius d. lib.* 14. *cap.* 20. & hunc potũ Indos picap, & Picicap dixit vocitare sicut & Picielt, seu Pitum Tabacchum, quod idem ferè videntur sonare verba, nam pix, & Bituntem parum interse differunt, quod tamen nouum putandum non est, nec enarratio meris infarcta nugis, & scriptio inanium plena confabulationum. siquidem Iudicij mei calculum addam, Diodorum Siculum nulla alia ratione scripsisse Bacchum Indos domuisse, quam ad nobis significandum eos vsus hoc vino à Noe primordijs, & eius defectu, vt ebrieratis persentiant effectus, nostro dicto Tabaccho, Picielt ipsis appellato, & orientalibus Bacque; ita quod dicit *Plinius lib.* 14. *cap.* 22. nullam dari mundi partem, in qua homines ebrij non fiant, etiam si populi

puli ſint occidentales , qui ſi non vinum ſaltem verum aliquarum ſuccum illius loco ebibunt; hinc dixit ſuo tempore centum nonaginta quinque, & vltra vini ſpecies compilaſſe homines, vtporè nati conſumere vnius, quibus vita, honoſq; apud dictos priſcos maximus extitit; ab his autem ſuereſt reuert ad Tabacchi abuſum, & ſuapte natura abhorrendum.

Non mirum igitur ſi iniuria temporum, vel ignauia, & ſecordia præſentium ſordidorum Tabacchantium, & Vinoſorum, exulauit hodie ab hominibus italis, alias morigeratis, ac ingenio, & memoria florentibus; Aureus ille motum libellus; in diuiniſſimi cerebri Theca ſtuldendus, & Galatheus nuncupatus quandam Illuſtriſſimi D. Ioannis della Caſa, cuius memoriam par eſt nos ſuperſtites omni conatu propagare, cum &

 eiuſ-

eiusdem lectio ignotos item ad sui amorem, & existimationem inuitet, excitet, atque impellat; & hoc non nisi per Tabacchum, quod excubarunt ad insectationem, & derisum virtutis Graueolantia diffundentes venena, quæ incorruptis antea moribus suum inhalent morbū vt amplius rationes viuendi suas morum arbitratu moderari non sinant, verum ab honesti moris præscripto nimis recedere permittant, & patiantur. Quandoquidem Tabacchū assumentes, monstruosas effingunt immagines, deturpata ab instituto Naturæ facie, quam veluti exoculatam representāt propter palpebrarum conniuentiam, & clausuram; Nares contrahunt aduncas, vt isthmium, seu nati interfinium, penitias ostendatur, corrugant frontem, contorquent labia mutuo obuoluta nexu; nudos

ſardonici præmorientis hominis dentes oſtendunt; & vniuerſum aſpectum ſatyrorum more præſeferunt, ac velut, Sceleti indecoram verum per quam ſimilem peroſtentant effigiem.

Ita vt dum forte cum alijs circulariter perloquuntur, hi ad tetrum, ac formidoloſum Tabacchantium dictorum aſpectum, non tantum expaueſcſit, epilepticos motus pertinentes, ſed quaſi Echſtatici, & attoniti obliuiſcuntur eorum, quæ prius ſenſato Marte fatebantur; imò ad eorundem Naſi, & faciei aſpectum, fœdiſſima Tabacchi illuuie conſpurcatorum, ſpuere ſæpius coguntur, & à conſortio (Indole morigerata poſtpoſita) faciem auertere, atque retrahere ſimul.

En? vidi multos hoc tabacchi conſpurcamentum in Nariū cartilaginibus, & pinnis digito tenus habere, vt peius, & con-

spurcatius præberet visum, ac si fœdissimus mucus inde efflueret,& labaret; & labaret;quemadmodum inter epulandum cõtingit cuidam honestæ famæ viro Regnicolæ, qui velut fœda Harpya Tabacchum sumens, sternutauit, & obsonia alias eximia arte condita, fucisque, ac leporibus suauissimis parata; fœdis, tetris, atq; mucosis inquinamentis polluit, colliniuit, & inspurcauit. Quinimò vna cum sternuto, velut consequens necessarium, crepitum quoq; per anum cum multò sonitu excussit.

Quod certò pudet commemorare,vetat conscia facti mẽs, & comes erroris pudor;tantum nuper mihi molestiæ. ac propemodum iracundiæ huiusmodi conflauit ludibrium, quod fortasse commensalibus alijs inter essentibus, risum commouerat effusissimè, vt rabie quadam illi

illi oculos classica pugna excul
perim, & aures, nasumque ob-
truncassem, atq; in hominem
nefarium, gladium si præmani-
bus, habuissem fortiter vibrasse,
nisi me respectus detinuisset,
quod domi meæ esset commes-
surus; non immeritò igitur *Pli-
nius lib.* 14.*cap.*20.*&* *Horat.lib.*
1.*serm Sayr.*1. cum grauamine
appellant homines, qui à bonis
degenerant moribus nomine
Vappæ, velut inanitos, & insi-
pientes; nam nescio, & ipse quo-
modo hisce Tabacchatis cunicu
lis, & doctus quisq; & Probus si-
mul esse possit; doctrinam siqui
dem, quasi bonam segetem ma-
lignæ herbæ, hoc est corrupti
mores opprimunt hodie, præ-
sertim hi, qui ex Bacho, & Ta-
baccho simul protrahuntur;
hinc Pirrus Epirotarum Rex, cũ
nonnullos bibones Iuuenes in-
terrogaret, num de se aliquid
mali essent loquuti; hæc, & pei-

ora dixissemus, responderunt (Plutarco teste) si vberiorem, luculentioremue meri quantitatem ebibissemus; vt hac responsione iudicarent, vinu m, idque sane multum detractionis, corruptiq; moris causam extitisse, sicut hodiæ tabacchũ Florentis etenim ingenij nunquam socia potest oblectatio.

Oh nefandum scelus, oh nefarium hominum inuentum, quod & in conspectu Principũ, & Magnatum, non dico plebis vilis,& gregalis notę hominum, sedulò hoc exercere non verentur homines aulicis artibus ægregiè instructi; emungendo nares, artificiosè sternutando, & linteamina mucis Tabacchatis stercorata, & polluta publicè, & remoto omni respectu ostendendo;quamuis nuper hodie adhoc euitandum turcarum linteis coloratis, & nigris præter decentiam vtuntur; ita ut vi

dea-

deatur receſſiſſe, ac ab hominum memoria auuolaſſe, aulicã grauitatem, ægregiam animi dotem, puriſſimum candorem, prudentiæ integritatem, & ingenitam, atque innatam morigerationem antiquitus decãtatum, quandoquidem apud Perſas (Xenophonte teſte) olim maximè vituperabantur hi, qui vel ſpuebant, vel nares emungebant, vt hoc argumento colligerent eos cibis, ac vino repleri nimium, quod & cauſa extitit, vt Deus Mundum diſpergeret, vt in Geneſ. cap. hinc Lucretium Poetam nunquam ſternutaſſe; & Strabonem hiſtoricum vitę ſuæ curriculo nunquã ſpuiſſe, Solinus ſcribit.

Hodie verò, quod fæx ętatum dici meritò poteſt, inter Aulæ fucos, maximè fucatus honos eſt Tabacchum, de cuius vitio abiurgare non audet Aulicus, aulicum, cum omnes hunc fu-

cum in aula versantes suboleāt; nam statim atq; sibi ipsis inuicē assumunt homines, omni abiecta cocatione, manus reuerenter præbent vicissim, vnus alteri, & alter alteri, ad hunc obscenum Tabacchi puluerem ex pixide, aut Tabacchariæ Thecæ pollicè, indiceuè prehendendum, vt nasibus illicò indant; & sublato quasi verecundiæ respectus vexillo, publicè ad hoc vniuersam cohortem inuitant, & alliciunt, & vultu, ac verbis subinde animant, velut beneficientiæ lenocinio.

Antiochi Epiphanæ, Asiæ, atque Assiriæ, Regis stultam, ineptamue Prodigalitatem imitantes, qui pecuniæ saccis in Terrā stratis, omnes indifferenter accepturos vocabat, nec pro collatis inde muneribus, vllum ab eisdem reposcebat, fœnus, quia eorum neminem suæ iam effusę beneficientię parem nouerat;

ac-

acquiescens tantummodo votis gratias vltrò agentium, sibique de immenso beneficio gratulantium; sic & hi Tabacchum alias laboriosa pecunia, & multoties fecundo sanguine, eoque censuali, ac fœneroso emptum, plena manu, ac fœlicissima vbertate, velut nati ad benemerendũ omnibus elargiri conantur, cõtenti solum, vt gratias eo vberiores, amplioresq; sibi peragãt.

Ad bonitatem, ad comitatẽ, & ad artes omnes beneuolentię prætijq; conciliatrices, putant hominum gratiam meliori ratione aucupari non posse, quam per exhibitionem Tabacchi, quod proiecta iam verecundia, continuò ad manus habent, vt fœnori potius dedisse videantur quam amori, cum numquam eos, aut metus inopię deterreat: aut nec pecuniæ abijciendæ cogitatio; etsi eiusmodi detrimenta plerumque in suam perniciẽ

 alant

alant. Rideo æquidem Mimos istos, qui inter Aulæ nugacia, quidquam imminuũt; in quem errorem videmus labi magnos etiam medicos, immò, & agyrtas, & empiricos, nedum eos, qui ex vulgo sunt Thessalij Asini, & nullam rerum cognitionem habent.

Verum ingressus Aulæ pelagum, dum Nauis in cursu est, vẽtis secũdis vtemur, Principibus, & Magnatibus per quam gratis, quibus certò familiari obsequio nihil antiquius, nihilq; sanctius ipsa nunc errore hominum labefactata morigeratione sibi proponunt amplexandum. hi si cũ apibus, dignitate, potentia, & respectu, animis, linguisque fauentibus, Tabacchum fumendo, obscæna prædicta, ac turpia simul sectari pergunt; qui ore perlæpido, ac facundo, honorificentissimaq; pariter voce, ac verisimilibus acclamationibus,

illud

illud omnibus comprobant, & perlaudant, vt de eo velut pandant miracula, quibus plausiora sua reddant nugamenta, ne rebus futilibus inseruire videantur. Quid obsecro priuatis nobis relinquunt, in quo acquiescere possimus? Si eorum, qui amplissimum honorem, ac violatæ maiestatis agmina trascendunt, immitamur exemplum? Quis igitur non censeat strenuũ imitari Nauarchum quales quales sequentem flatus, fore actum de priuatis hominibus, de eisdemq; sitibundis subditis, qui minores in honore, ac pretio sumus, & existimamus melius, tutiusq; consilium esse (bonis, ac honestis posthabitis exẽplis) eorum pessima insectari, & vitium pro virtute habere; quẽadmodum erat ciborum intemperantia Romæ aliàs à Caligula, Nerone, & Vitellio introducta (Tacito referente) quæ Vespa-

ſiani poſtmodum ſobrietate penitus exulauit, hinc legitur de Criſippo Philippi Macedonum Regis famulo adulatore, qui ſibi oculum eruit, eoquia dominus eius carebat altero, claudicabat item, quia Philippus alterum crurum male affectum habebat, imò quid magis ridiculoſum erat Philippus arida comedebat, & eriſippus os ſtupebat horrore; non ſic euenit famulo Sigiſmundi Imperatoris, qui cũ eſſet ab Imperatore percuſſus colapho ſeu alapa, cur me cedis dixit, cui Imperator reſpondens aut cur me ita vulneras? vt oſtẽderet adulatione ſimiliũ voluiſſe ſibi comparare.

Vtinam adeſſent nunc Cenſores Romæ antiquitus introducti, qui vt Liuius ſcribit, corrupti moris luxum corrigere nitebantur; quia non ſic abundaret hominum improbitas, ac fœditas, quam nec ingenitus quidã pu-

pudor, nec imbecillitatis conscientia redarguit; id quod, submota tabacchi larua, fortasse minus auderent, vtpotè quod immorigerationum habenas relaxauerit, cogitarent enim quales, aptissimèq; seligerent mores, qui in hominum vita, in animis Principum, & in Populi vsu esse debuissent, nec recusarēt à contestata proborum virtute vnquā degenerare. vt propterea sub silentio inuoluendum fore haud putaui cuiusdam Prælati solertiam, qui cum vellet famulos conducere illos prius interrogabat num tabacchum sumerent qui si ita respondissent, hora ite prospera, tot enim morulas immodicas, ac molestissimas Tabacchi immorigerationes substinere nequeo.

At quid dicemus de ijs, qui non in præsentia principum, & Regum Temporalium, sed & in conspectu Regis Regnm, & Domini

mini, dominantium, altiſſimi ſcilicet Euchariſtiæ Sacramenti, Tabacchum ſumere nō ſunt veriti, non ſolum dum præces ante illud effuderunt, verum, & cum Sanctiſſima Sacrificia pro Dei honore actu percelebrarūt, hinc fortaſſe Vrbanus Octauus conſeruandæ memoriæ Pontifex, quadam ſui conſtitutione, publicata Romæ die 30. Ianuarij 1642. incip. cum Eccleſia, &c. expreſsè præcipuit, & mandauit, nè eccleſijs Hiſpalenſis Diœceſis, non dum à Sacerdotibus, ſed à Sęcularibus item Tabacchum, ſiue ore, ſiue Tubulo aſſumeretur, id quod etiā firmauit Innocentius Papa X. qui cūm ſit ſpectatiſſimę Chriſti Religionis obſeruator, prohibuit in Vaticana Baſilica Tabacchi ſumptionem, ne domus Dei fieret Chimiſtarum vaporariū, & officina. At ne quis ſibi hoc idem afferat exemplum, quod

poſt

postmodum auertere in mea manu amplius non sit, referam quod ab oculatis testibus, viris grauissimis, ac nudæ veritatis verissimis præconibus, mihi percertò denunciatum extitit; ne sacrum siluatur exemplar apud eos, qui spectatissimæ sunt religionis, & diuinissimi cultus; Hos enim testatos habemus, Sacerdotes per quam multos in actu sacrificij, imò in ipsamet consecratione Tabacchum sumere vidisse, & altare mucosa conspurcasse sternutatione. Et faxit Deus, vt vna cũ corporali, etiã puram hostiam Tabacchato muco nõ coinquinassent, aut aliud turpius commisissent, quemadmodum contigisse fertur cuidam de capite fileris ex prouincia Principatus in Regno Neapolis. Cui foret (nisi temere chartis aliquid committere videar, quod humanissimis piorũ auribus obstrepet) Tabacchum

po-

potentius, quam fides, & vitium quam virtus potius, ac religiosius; hic enim, cum non multũ post ab assumptione Sacratissimę Eucharistiæ, tabacchum sumeret antẽ missæ finem, consecratam hostiam, non sine spectatorũ fidelium lacrymis, abominabili vomitu reiecit; itaut Christiana fides, quę alioquin per eum adolescere debuisset, illam conculcandam etiam fidei cultoribus sui exemplo dedit.

Vah hominem audacissimũ, & impium, lapidibus dignum, obrui, & comminui, vt aliorum in exemplum transiret, ne lues hac amplius immineret Religioso fidelium gregi, qui verbum domini peruigili cura dissemina re tenetur; deberet hoc in saxo, atque in ære incidi, ne de facili aboleretur, sed & cũm immortalitate diutius perennaret.

Fertur graui dissidio controuersum esse Caietæ inter Sum-

mi-

miftas, & fanè æquiffima pulfat dubitatio; an Tabacchum ante mifsã fumptum Ieiunium frangeret, cum liquidò conftet nutrire faltem per accidens mouendo à capite ad ftomachum pituitam, quemadmodum ad longum differit Nicolaus Monardes, loco fupracitato cap. 1. in fine. Vbi exemplo multorum animantium hyeme latentium. fuam comprobat opinionem, quemadmoduui funt Glyres, Vrfi, & cætera huiufmodi.

Noui ipfe militem quemdam Romę, dum inteftinum diffidiũ canebatur, nomine Michaelem Giltrandum Burgundum, qui mecum cohabitabat in illa domo locanda, haud longulè ab eo fornice, qui ampliffimas aldigerias coniungit, ac fuffulcit ædes, capo di ferro vulgo dictas, cuius infignia erant Lilia Regis Gallorum; Hic etfi robore animo, complexione, & habitu fortis,

tis; vnico tamen Tabacchi obulo, diem fermè solidum, integrumque sine cibo, ac potu peragebat; quod & bis, & ter in hebdomada exequebatur; nec tamen mirum mihi visum est, si quidem Indi, vt idem refert Monardes, cum integros dies, Ieiuni peragere cupiunt, absq; eo, quod famem, sitimque persentiant molestè, pillulas, seu catapotia, magnitudine ciceris, ex puluere Tabacchi confectas, inter dentes, & labrum inferius asportantes, illasq; sæpè sæpius exugentes, cibi, potusq: defectum triduo, quatriduoq; pertolerant: at hoc non alio pacto, nisi quia fit tractus materiæ phlegmaticæ ad os, quam deglutiendo per tracheam ad stomachum traijciunt, vt hac occasione calor naturalis à suo cō coquēdi munere non frustretur.

Ioannes Baptista Lezzana Carmelita huius nostri seculi ce-

leber-

leberrimus scriptor, vir si qui altus valens ingenio, & probitate singularis, alterius extitit opinionis, nempe tabacchum non tantum per accidens, sed & per se propriè nutrire; Hinc tom. 3. tit. Eucharistia, quoad regulares num. 16. post discussionem impedimentorum Eucharistiæ perscriptionem sic splendidè, ac copiosè ratiocinatur: De Tabacchi sumptione noua quæstio est, propter nouum vsum, forsan Abusum huius sæculi, an impediat communionem; aliqui enim respondent negatiuè, vt Diana 5. *part tract.* 13. *Resolut.* 1. quod mihi non placet, quia Tabacchus verè est nutrimentum, vt constat ex experientijs plurium qui ex ipso solo sustentati fuere; verè etiam est Medicina, hoc enim prætextu sumitur etiam non casu, sed ex intentione, & proposito, vt suppono; & quod sumatur per Nares non tollit,

quo-

quominus talis actio sit comme stio, & si non communis, & ordinaria, sed extraordinaria, quais esset, si ęgroto edere per os nō potenti, aliquis liquor daretur, per nares, vt inde ad stomachū deueniret: Quare credo quod siue sumatur, in puluere, siue in fumo, siue in folio, siue per os, siue per nares, nisi in tam parua quantitate, vt moraliter certū sit, nihil ipsius suqstantiæ ad stomachum peruenisse, impedire communionem; & hanc sententiamdixit firmari ab Antonio de Leone *in quaestion. moral. lib: de Chorolate. par.* 2. §. 4. *à nu.* 10. vbi affert duo concilia Prouincialia à Sacr. Congregatione Cardinalium approbata; Limenses ex Mexicanum, hanc sententiam discutientia.

Attamen dato quod non nutriret, quod tamen absurdum esset, nec quod pituita spontè tracta frangeret ieiunium, neque

neque minus condecens erit illud sumere ante, aut in ipso sacrificij actu, vt multi temerè cõsuescunt, siquidem planè constat Tabacchum scotomiã mouere, & vertiginem, pariterque inebriare, vt passim idem ostendit Monardes, & sic etiam sedulò, ac efficaciter vomitum ciere, prout nos supra luculenta demonstratione ostẽdimus; ergo summa cum ratione, rectissimeq; composita lis est, quę affirmatiuè tenenda est, ad tanti Sacramenti irreuerentiam euitandam, vt communiter dicunt Cãnonistæ; Eorundemq; placita, ac monimenta retulimus nos, in nostris resolutionibus. Medicomoralegalibus; Resol. 3. nu. 25. quorum argumentorum celebritati, perpetuò innitendum fore censeo, vtporè quæ à sinceræ, ac puræ veritatis cancellis, haud facilè auerti nos possunt.

Neque satis mirari viros vxora-

ratos non possum, qui continuò ad Tabacchum assumendum ca teruatim confluunt, cumulatequè aduolant, & experientia didiceruut assiduum Tabacchi vsum, Venerem à suo munere retrahere, vt ipse à pluribus audiui, præsertim à Patre Iosepho de Conuertino, qui in Assisia no Cœnobio Sancti Francisci, Sãctitatis fama præfulget, cum quotidie echstatico raptu feratur in aerem, volatus instar, hic enim Tabaccho vtitur non tantum ad se expergescendum, vigilemq; noctu conseruandum; sed & ad accurrendas carnis tentationes, & fragilitatis peccandi pericula superanda.

Prætereà, & facti contingentia expertus loquor, cum multos visitauerim hac de causa ineptos, & impotentes, quos effusius ore, & calamo prædicabo; & inter cæteros dum hæc cõscriberem quendam Ioannem Bap

tistam

tiſtam de Monte Sancti Ioannis in Campania, annorum ferè viginti quinq; qui ex defectu ſpirituum ad genitalia, propter nimium vſum tabacchi, quod ſpiritus emittendo reſoluens, & ad alias diffundens partes, ita ut frictio, & tentigo penis minimè fieri poſſet, & conſequenter ſeminis eiaculatio ad ſobolis multiplicationem propagandam, quē admodum in Geneſi præcepit Deus. Veneris impotentia, ſeu partium genitalium ignauiam, moleſta, cum verecundia, experiebatur; Hic iucundiſſimis veneris ſermonibus non proficientibus, titillationibus inutilibus, & delicijs carnalis incitamenti penitus deſtitutis, iam inhabilis & impotens, licet Iuuenis, & bonæ penis aptitudinis, penès vxorem pulcherrimam iacebat in lecto immobilis, velut ineleuabile pondus iuxta illud alias decantatum ab Equite Ioāne Baptiſta

tista Marino in part. 2.lyræ cantilena 4.cuius carmina dextera ac commoda breuiloquentia recensere putaui, vt satisfaciam his, qui latino in Triclinio etruscos lauticias immisceri peroptãt

Così mi giaccio inutil põdo appres
Alla mia Ninfa amata, (so.
Ch'irrid'il mio stupor rigido è insano
Perch'io m'adiro, e dico, ò di me stes
Parte vile insensata, (so
Che fia più, che t'auuiui; ohimè s'in
Sì vezzosa, & amica, (uano,
Più volte s'affatica.
Di farsi risentir la bella mano.
Certo di sasso di sasso sei, ma come?
(ahi lasso)
Come sì molle sei, se sei di sasso?

Execror appagè homines istos, & Pseudomaritos, non minus honoris, quam ipsiusmet homologiæ Osores, ne dicam euersores, qui Tabacchi vires somniculosè, ac oscitanter, & velut per transennam experientes; secretiora Naturæ arcana penetrare non curant, & tutim dumtaxat re-

rerum, nunquam intima, viſcera ſcrutari ſinunt: vltione ſanè acerrima redarguendi, & grauiter obiurgandi veniunt hi, qui exerta, ac clara voce prędicantes ſciri debere mores Priſcos, & antiquos, ſed iuxta communem vſum, & pręſentem conſuetudinem viuendum, eo cumulatius affluunt, & prolabuntur, quo popularis inepta conſuetudo vltrò illos impellit. Ideò eos ſic præmonitos volo, vxorum potius amorem, coniugaleſq; nexus ſeruent, quam nimis abſurdè communem eblandiantur vſum, vtpotè qui à maritali nodo, ſanctiſſimoq; coniugio retrotrahit, atq; auertit. Conſuetudo ſanè à noſtro vſu vehementer abhorrens.

Et licet quid ominoſum de Tabaccho efferatur ab his, qui in hoc vitio propemodum cõſenuiſſe videntur, nec mens ſermo ſonare, nec calamus pingere poteſt; quod ſuperſtitioſo quodam ritu ſcilicet exhlaret animum ſo

la Tabacchi aſſumendi cogitatio et ita quis illud appetat, ac gelidam febriens ęger ita vt quiſpiā, vſque adeò dilectam, et amatam Tabacchi plantam in ſe ipſum, velut in Daphnem laurum tranſferri, et quodammodò transformari deſiderat. Citoq; impetraretur à Sibilla ne volubilibus folijs ſua mandaret oracula, quam ſperari poſſet illum precibus flecti, et ſuaſionibus immutari, vt Tabacchum non reuereatur, ac colat; ita quod nullius non pectus ardet, nullius non mens exęſtuat tabacchi aſſumendi excogitatione; quaſi nihil ſit magis appetibile, mireq; deſiderabile, nihilq; gratius oculis animi contēplari poſſit; vt velit quis ſemper ob oculos habere ſaltem Tabacchi ſimulacrum, et etiam cum eo abſente, tanquam cum præſenti inani Tabaccharia pyxide quodammodo verſari, ac frequēter item occurri.

Amatorum, ſeu amore captorum

rum exemplo, qui amasię vmbrā non dico pręsentiam facilè è manibus sibi elabi non sinunt, vt cum sola imaginatione seriò, ac crebriùs versentur, discurrant ac altercentur, ne eius diutius priuentur memoria, quæ velut ignis cineri suppositus continuò pullulat, assiduoque inflāmat; quemadmodum ab illo etrusco Poeta Tasso cantu 12. n. 96. & seqq. satis explicatum colligitur, his longè iucundissimis carminibus, quorum prolixitas, vt delectabilis, hilaris, & suauis, à legendo te non terreat, atque auertat lector benignè, neque molestè feras, nam quandoque longissimum, & optimum, & pulcherrimum, esse, Aristophanes docuit, quod verò breuissimum, & obscurum est, & insuaue. Horatio teste.

Giūto alla Tōba, ou'al suo spirto viuo
dolorosa prigion il Ciel prescrisse,
di dolor, di calor, di moto priuo;
già marmo in vista, al marmo al fin
(s affisse,

e al fin spargêdo vn'amoroso Riuo:
invn lâguid'ohimè proruppe,e disse
ò sasso amato, e desiato tanto,
che dêtro hai le mie fiâme,e fuora il
(piāto.

Non di morte sei tu,ma di viuaci
ceneri albergo oue riposto è Amore,
e ben sent'io da te l'vsate faci
mê dolci sì,ma nô mê calde al core;
Deh prêdi i miei sospiri,e questi baci
prêdi,ch'io bagno di doglioso vmore
& dalli tu,poich'io nô posso almeno
all'amate reliquie,ch hai nel seno.

Dagli lor tu,che se mai gl'occhi gira
l'anima bella,allé tue belle spoglie,
tua pietate,e mio ardir nô haurà l'ira
ch'odio,è sdegno la sù nô si racoglie
perdon'ella il mio fallo,e sol respira
in questa speme il cor frà tâte doglie
sà,ch'empia è sol la mano,è nô l'è no
(ia,
che s'amâdo lei visse amando moia.

Et amando morrò,felice giorno
quando,che sia;ma più felice molto
se com'errâdo horvado à te d'itorno
all'or sarò dêtro al tuo grêbo accolto
facciam l'anime amiche in ciel sog-
(giorno,
sia l'vn cenere,e l'altro in vn sepolto,
ciò, ch'il viuer non hebbe, habbia la
o se sperar ciò lice altera sorte.(morte

Qui-

Quinimò quacunque incedūt Tabacchantes vbicunque se præsentant, curiosè intentèque spectant, respectant, ac contemplātur, an Tabacchum sapiendum adsit, cui præsertim quidpiā inusitatū insit odoris, & gratiæ, aut alterius oblectamenti, siue rosatum, siue Gariophillatum, siue moschatum, aut etiam aniso, gallia, cæterisq; fucatis oblectamentis commixtum, quemadmodū etiam mos fuit Indis Orientalibus hæc & similia immisceri Bacque, vt dicit Monardes loco supracitato, vt eo odore quodammodo alliciantur, & nulla vnquā vberiori voluptate afficiantur; in quo verò plurimum regnat odor fumentium animos in quacunque velit partem inflectit, adoritur, expugnat.

Hinc Tutelaris meus Dominus Monardes 2 part. rerum ex India euect. cap. 1. dicit quod Indi, præsertim Caciques, fumum Tabacchi exhauriunt ad sese ine-

briandos, vt phantaſmata, cæteraque eis delectabilia obuersẽtur, & occurrant, non minus, ac ijs euenit, qui adhibito contentis vniuſcuiuſq; oculis tubo optico, aut Vitro triangulari in ſolis radijs, non abſimili genio pulcherrima tranſparentia, perluſtrantia, atq; nitentia, aliaq; his cohalita cũtemplãtur, ſicteq; perſpiciunt.

Rurſus per ſoporem, ſomnũue profundum à Tabaccho introductum dicunt ſeſe mirum immodum reſtaurari; vireſq; reſumere non minus, ac ebrijs contingere videtur, quorum crapula ſomno ſoluitur, vt Hippocratis extat monimentum, Hortor tamen vt ſicuti propitium Tabacchum in ſomno habent, propitio itẽ Baccho in Vigilia non abutantur.

Nec indigneris lector humaniſſimè velim, quod ipſe in execrando vitioſum Tabacchi deliramen. motoriam haud agam fabulam, ſed ſemper ſim idem, eúdem-

demq; vultum in omnem fcriptiunculæ partem adferuem, præfertim de congeneri cum ebrietate fimilitudine, abeft enim à me femper flagitiofa mutatio, ac ficta fententia, cum puram, integram, & caftam induam veritatem, ne ablata fcæna perfonam fumptam abiicere videar. fateamur ergo culpam.

Nam tolerabilis etiam effet Tabacchi odoriferi abufus, cuius odoris ratione, nōdū homines, fed & inanimata trahuntur, vt de vtero in Tymeo dixit Plato, illud vagari per corpus velut animal, ad alliciendum odorem; fi Tabacchi fimulacrum, & imaginem, imo illius vmbram nō exquirerent, & appeterent etiam moderati Homines. Vacat propterea audire rerum nouarum aliquid, nifi vos nimia dicendi digreffio tędio afficiat, aut intercapedo obftrepet, ac impedimēto fubinde fit, quod fanè notatus dignū cenfeo, & mihi, vt fatear, fcanda-

lum non parunm i nijcit . Quidā Leonardus à S.German o,qui tabacchi ornamentis ſtud et plurimum,cum Neapoli moraretur, eique tabacchum veſperi in euidenter deficeret , media nocte expergeſa ctus à ſomno, ſurrexit de lecto, pellito indutus epitogio (cùm aquilo acriter ſpiraret) & vniuerſam circuiuit Ciuitatem,nō obſeratas,& clau as Tabaccantium officinas venalles adinneniret; quodq; ob operarios ſomno refectus minimè poſci ſucceſſiſſet. velut deſperatus ob tabacchi defectum, reuerſus iterum domum,& illatis hominibus,obulos voluit ad parietem,in quo aduerſus eſt mucum exiccatum,tabacchum illitum, parietiq; adherentē,qui aliàs fuerat à ſordidis tabacchātibus eiectum,&cruſtatum,aſſumit illicò, & accepta cultellaria theca, de ſuivagina cultellum exemit,ſumpſitq; in manus,vt eo ſtatim tabacchatum myxō de pariete ab

ra-

raderet & inderet naribus ad optati tabacchi appetentiam explẽdam; verisimile mihi est, naturã hunc sapisse Canum, qui vel fœdissima hominum excreta consumunt; vel quæ alias à semetipsis deglutita vomitu reiectant, iterũ ingurgitando deuorant. oh mi Deus? potest ne quid turpius excogitari, & quid obscenius audiri? quod non postulat vsus, non animo ingeritur, non linguæ accurrit, nec vnquam in mentem nullo pacto venit, precor igitur illi iratas Gratias, quod tam ingratè suos sectatores sibi ludibrio habẽdos voluit, ita ut vix creditu appareat.

Igitur hoc Tabacchi desideriũ nisi agant, vt communem hominum vsum persequantur, & peregrinas vestes, atq; mores induãt alienos, qui velut Simiæ aliorum gesta tantoperè imitari conantur, vt quidã tabaccho sedulam nauantes operã, non semel mihi affirmarunt; pro vocali dicã, velà

hoc prouenire ex vi illius herbæ, quæ huiusmodi phātasticas illusiones inducere solet, sicuti de radice solani furiosi legimus, apud Dioscoridē, aut de aniso apud alios, siue de nonnullis alijs herbis apud auctores diuersos, de raphano scilicet, brassica, & faba, de quā dicit Cicero 2 & 4. de diu. ad dormiendum quo in somnis rectiora videamus præparat quodā cultu, atq; victu proficisci oportere, fabāq; abstinere quasi eo cibo mens non venter infletur.

Vel tantummodo ex solo sternutandi desid rio, quod & me vltrò prouocat atq; impellit adscribendum, quia & id augurale, & boni ominis signum ab Aristotile 1. de histor animal. cap. 11. recēsetur, & vnum ex spirituum omnium generibus sanctum, & sacrum, quod etiam firmat 33 par. problem. 7. aer enim intus contentus erumpit extra cum sonitu, quin per angustum fit exitus capite iam calefacto, vel hume-

ctato

ctato eo, quod in capite est inani ex Hipp. 7. aph 53. fit, & concitatur sternutamentum, quod olim apud ethnicos (cum veteribus desipere volum.) pro numine habebatur, vt apud Aristotelem, Iasonem videre licet, & apud Homerum lib. 17. odisseæ Penelopes vaticinium.

Non minus, ac tabacchi, quod diuinandi, eãdẽq; dubiam, & ambiguam dabat facultatem Caciquibus Indiæ Sacerdotibus, suadente Diabolo seductore, iuxta phantasticas illusiones, vt Monã desannuit; hinc dicebat Aristoteles in lib. de diuinar. per sõnium quod somniorum causa Deo tribuenda non est, cum eorum diuinationes, interdum à Dæmonibus suppeditentur, hac propterea illas ethnicus obseruationes ridiculas, & sacrilegas agnouit S. August. ser. 241. de tempore.

Verum & diuinitus etiã insõnia mittuntur, & quorum Deũ solum constat fuisse auctorẽ, vt fuerunt

runt illa Iosephi ex Gen c.37. & licet Arist. loc. cit. de Insomnijs dicat illa Deo nòn tribuēda, quia vilibus potius, quā sapiētib. referenda quandoq; est iuxta illud Matth. c.11. abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis: at non sic insomnium tabacchi quo superstitiosa vacillatione caziques interpretantur auspices.

Aut dicimus tādē desideriū illud prouenire ex sola vini saturatione, quādoquidē ab assūpto tabaccho statim vinū exhaurjūt, vt nos supra luculēta demōstratione ostēdimus; receptus mos obtinuerat, nō apud modernos modò verū & apud antiquos, tāquā certissimum, aut signū; aut monimētum, siue bibēdi clarissimum hyponema: hinc dicit Monardes lo. pluries cit. Etiopes, qui Indias petiere, cū vino, quo curēt, inebriari nequeant, Tabacchi fumo inebriantur, vt hac de causa rerum scrutator Plin. li. 14. c. 22. dixerat,

Ho-

Homines bibendi causa,& collectā ex longo sitim explere cupientes, multa sibi excitant irritaméta, & quandoq; venena, magnam vsque adeo datura stragem; & subdit aliquos sibi assumere Cicutā, vt Mors cogat illos ad bibēdum, panicis farinā alios, cæteraq; dictu verenda; & fortasse nostrum voluit indicare Tabacchum veratro, aut perniciosiori veneno cōmixtum, quod præ timore siluit edocere, nā hi tabacchātes, quo magis ebibunt, eo magis sese de vini appetētia sollicitos ingenita excruciat sitis, cum bibēdi habitus, bibendi itē appetentiā necessariò suscitet. vt Parthorum explicat exēplo. Præterea vltrò citroq; traiectus est abusus huiusmodi, quandoquidē nonnulli sub amicitiæ simbolo, venenum in tabaccho temerè prębere, pessimeq; ingerere student, & quod salutis, aut voluptatis hominum gratia perpetrarunt, ipsum quoq; venenis tingunt, & in perniciē vertūt, ac quieti inuidentes, vetant, agere, ac pro

 desse

dessq; vitæ. vt homines, tristium calamitatum fluctibus obrutos, de medio tollant:

Tandem inter abusus Tabacchi eosq; pessimos, & omni ratione detestandos, est vti illo ad sternutandum, pituitamne mouendo, toto corpore prius non repurgato, nec euacuato capite, ijs præsertim, qui illud humoribus repletum habent hinc doctissimus Auicennas noster catharri initio sternutamenta dãnauit, quia materia sternutatione excitata, & exagitata magis defluit, vnde illius coctionem maturitatẽne prohibet, & nouas subinde materias cõcitare est apta. ideò temerè malè habẽtibus oculis excitantur. sicuti, & ijs, qui ex pectore valida tussi laborẽt, quia ex forti agitatione subitò in pectus ruerè est necesse, quẽadmodum videtur contingere assumentibus hũc puluerem, siue hunc fumum, quẽ nos execramur; quandoquidem si ad nares profluat materia sternutamentum concitat, si ad palatũ

pro-

procumbat sputum prouocat; si ad pectus decedat, suscitat tussim, si ad stomachum prolabatur, nauseam, & vomitû mouet, vel tandem aluum ciet creberrimè nulla iam pridem materia præparata; cum cocta non cruda mouenda ex Hyppocratis præcepto 1.aph.22 & lib de humoribus, habebit igitur rationem causæ morbificæ tabacchum, si toto repleto quis naribus illud ind[illegible]t; quemadmodum passim hodie vsurpatur, ineptè. Testimonium de hoc omni exceptione maius esse potest, quod asseritur de illo eximio viro Io. Baptista de Bellis Itrano, in quo Musica respirabat vno, regionibus hisce in nostris hic cû ex Tabacchi haustu, materia à capite, tanquam à termino à quo, ad habitû vniuersi corporis per venas, tanquã ad terminû ad quẽ tum mota esset, febri mali moris illi excitata, vt ad extium, & vitæ interitû cum reducetur, vltimum condidit sui testamen-

mentum, expressa conditione ordinatū, vt si qui nepotum nō tantum sumerent Tabacchū, verū si illud solummodò accipiendū proponerent, ab hæreditate penitus, ac omninò caderent, vtpotè quod suæ inuisæ mortis extiterit causa. heu Tabacchi prodigia, mors enim certè æquabit, quos pecunia superauerit, emimus nos, & in Tabacco mortem; quo tamen, cōpertū est, non aliter quæstuosius censum haberi, aut tutius, ac minore fortunæ Iure; cum credatur, pecuniæ pensio, quæ Neapoli ad summum excreuit vectigal, & suaptè fortuna memorandum.

At quid opus tātis? si quæ diuersis enunciata locis, nunc cōpēdio necesse habeam repetere, & vnico verbo (nec citrà verecundiā) concludere, tot morbos producere aptum esse Tabacchū, sine modo, ac regula vsurpatū, quot, & vinū immoderatū, atq; plus æquo exhaustum; Quæ licet consusanea videātur; sunt tamen præcepta, quæ vtcum-

cũq; fata, infrugē nõ malã aliquã-do excrefcere valent refrigerat igitur corpus, naturali iam fuffocato calore, nocet neruis, cerebro, ac fpinali medullæ, & ideò facit Apoplexiã, paralyfim, conuulfionē, ftuporē, & tremorem, caliginē quoq; & vertiginē lethargũ, phrenefim, furditatē, catharrum, neruorũ imbecillitatè, artuũ contractionē, cęteraq; vberiora mala, quæ poffunt originem trahere ex capitis deftillatione, quam illud mouere, aptũ eft, vt latius videre eft apud Pliniũ lib. 14. cap. 22. præfertim excitat phtifim, apneam, & mortem, prout nos fupra multorum oftendimus exemplis.

Non fic eueniet certò, fi recto vfu, rectaq; adminiftratione commodè vfurpetur, tunc enim plurimum conducet, rationifq; Nauim moderaminis fræno ftrenuè coercet, & aduerfam valetudinem ab ęgro corpufculo propulfare non finit, multaq; alia parebit commoda, quæ natura fileri non amat, cũ

tot

tot experimentis, quasi clamantibus linguis, apertius nunc, quã antea proloquantur, incredibili omniũ approbatione, & prȩsertim Nicolai Monardes lusitani, & Caroli Stephani Galli, quibus duobus plus debemus pro iã luce nobis data de Tabaccho, quã vt sine re, siue verbis soluendo essemus illis, ex hoc enim, quasi repentè exoptatam adipiscimur sanitatẽ, si prout artis præcepta, ac dogmata iubent adhibeatur, siue in bonũ Medicinæ vsum ab erudito Medico trahatur.

13 Sed si quis huiuscemodi ignoratis, genuinas normas, verumq; tabacchi vsum ignorans illud in abusum conuertatur? non salutẽ, sed perniciem prestò, & pro sanitate mortem illicò inducet, cuius peccatum quodlibet circa excessum, defectũ, locũ, tẽpus, modũ, numerum, & alia, quæ superius ostendimus consistit; vsus verò ẽ contra parabitur de Relat. Nicolai Monard. par. 2. rerũ ex India euectar. c. 1. & Caroli Stephani Galli lib. 2.

agri-

agriculturę c. 76. siue etiã nostratę obseruationis diutinæ, quorũ omniũ elẽchi sequẽs iudicabit scriptio.

Primò igitur capitis morbos tũ internos, tũ externos velũt Alopeciã, Achores, & tineã sonat, pediculos tum capitis, tũ inguinis mirè enecat, siue succus, siue ex eo vnguentum eoq; tã puluerato, quam extracto; dolores capitis ex causa frigida, cephaleãscilicet, aut cephalalgiã frigidã, & ventosam, aut tandẽ ossa, vel clauos mirificè tollit folijs adhibitis actu calidis, vel cum de corticibus citri oleo. Rigores neruorum ex catharro simili modo sanat, pariter, & dolores, quoscunq; frigidos, præsertim articulorũ, & dentiũ, quorum etiã corrosiones, caries, ac tineas prohibet. Sic & gingiuarũ epulides, parulides, erosiones, leutores, & nigredines leuat exustus tabacchi cinis pręsertim, qui ex pippis fumantibꝰ educitur; elephantiasim, & faciei pustulas tum boni, tum mali sint moris. Erisipelata, ac ignem vola-

ticum, fuoco di S. Antonio, dictū persanat. strumas tam vulceratas quam non exulceratas soluit, itē & gutturis herniam cum aceto.

Iuuat secundo Phtisicos, & catharrosos eius syruppus, et eiusdē aqua asthmaticos, et anhelitus difficultate oppressos curat, quod idē per suffitū pari modo operatur. lateris dolores, et Pleuriticos cataplasmatis instar, aut embrocationis subleuat, quod et ego filui in pleuritidis cura alias edita typis, vtpotè quod nōdū obseruaueram.

Tertiò. Mām illarū apostemata frigida, cæterarūq; partiū carcinomata, vlcerata, noli me tangere, Gangrenas, lupias, phagedenas, et vlcera æstiomena, mirè consolidat vlcera item quæcunq; etiā verminolenta, crurum prætertim; et abstergit, & sanitati restituit; vlcera etiā Gallica, siue venenato illata ferro persanat quēadmodūCaribo rum indorū exēplo tradit Monardes. Carbūculos pestilētes, ac venenosos extinguit, & pariter serpētū,

cæ-

cæterorũq; venenatorũ animátiũ ictus (extincta ex sui proprietate veneni malitia) persanat; recentia solidat vulnera, & sanguinis fluores quoscunq; persistit.

Quartò Ventriculi dolores frigidos sedant eius folia cinere mortificata; digestionem adiuuant; tollit singultum per sternuti excitationem, obstructiones, oppilationes, & viscerũ durities, splenis scilicet, & iecinoris soluit cũ aceto cõtusũ, aut vnguenti modo illinitũ; lúbricos ventris eius syrapiũ enecat, & succus vmbilico adhibitus educit. In matricis præfocatione foliũ calidũ vmbilico, ac pectini adhibetur; psorã, & leprã tollit, somnum conciliat, lassitudinem sedat; & podagram comminuit.

Hæc mihi in extẽporaneũ calamũ venere; sed hodierni Homines gratificandi studio addicti, Tabacchi telũ in eorũ perniciẽ, ac necẽ vertunt, quorũ vitæ á periculo redimẽdę poterat esse salus, si rectõ vsu rectaq; ratione administraretur.

Rem

Rem igitur praeciosissimā ludibrio habent, Tabacchum dico venerandum, cuius virtutes vitioso abuso inutiliter sinunt elabi, quas aliàs tanti stipēdij emeremus; Nō propterea inepte, ac sine fundamento ingeniosus vir D. Matthias Riccardus Archipræsbyter Pignatari Cassinatis dominij, sonantibus epygrāmatibus familiari nostro idiomate exaratis conatur altercari contra assumētes Tabaccū prorsus vt treticū quēq; cogat frōtē exporrigere;quibus carminibus rara eruditionis fruge respersis vicissim proposita resoluit,vt par sit omni encomiorūgenere afficiatur & eo præconio efferatur maiori, quo Tabacchi abusus per se lucidior effulsit,quorum primum tantummodo ad lectoris aures alliciendos referemus.

S'io più in induco ad ānasar Tabacco
il naso mi sia tronco con vn stocco,
e la peste,& i cancheri di brocco
vēgan sù la mia vita a darmi sacco.

(co,

Poi-

Poiche mi diè al ceruello ū fatto scacco
quād'io m'iduss'āprēderlo da sciocco
ch'ancor starei qual matto dlTarocco
se non mi soccorrea pietoso Bacco;
Mendico diuentar possa da Ricco
chi piūmē'offre,&io sia tutto becco,
se più Tabacco nel naso mi ficco.
Ne questo sol, ma l'occhiocō ū stecco
mi sia cauato, e mess'in vn lambicco
se Tabacchiera gusto, annaso, ò lecco.

Indicibile autem incōmodum, idq; multiplex, longum, & molestum, quod Tabacchi sedula sumptio hominibus creat, vt audiuistis Lectores, nec facilè mente concipi potest, nec ipse vllis scriptis meis quorum iam vicenas paginas impleueram, vix vt millesimo subscribendo vacet locus, explicare, & significare vnquam possem; ad salutem inefficax est, ad venustatem inconcinnum, ad maiestatem indecorum, & ad malum splendidum, vt compendio repetam, quod multis resperssis nunciaui paginibus..

Essent sanè alia permulta apud me, de quibus vellem vos in hac Tabaechi narratione certiores fa-

cc-

cere, ſed ne me criſpini ſcrinia lippi, & mercennaria præconia compilaſſe putetis, opus nunc eſt vt canamus receptui, & in caſtra tantiſper retrudamur neceſsè eſt, nihilq; præterea adiungemus, nec verbum amplius addemus vllum, ne in veſtibulo verboſitatis alis nos condamnet.

Interim ſi quid profecimus, gratias Deo agite omnipotenti, qui Muſas noſtras iam pridem altiſſimo ocio inuolutas, longiſſimoq; ſilentio ſopitas, & marcenti veluti ſomno inebriatas excitandas, & ad ſtudium rediendas curauit.

FINIS.